



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XXIX. Vt nullus Conuentus sine alterius Conuentus denuntiatione soluatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

278 LEO P.I. CONCILIVM THEODOSIVS² VALENTINIANVS³ IMPP.

sionis proposito professi fuerint castitatem.

XXIII.

Si quis autem post acceptam benedictionem
Leuiticam cum vxore sua incontinens inuenitur,
ab officio abiiciatur.

XXIV.

Concilio
Taurin.
Can. 8.

De his autem qui prius ordinati hoc ipsum
inciderunt, Taurinatis Synodi sequendam esse
sententiam, qua iubentur non vterius promoueri.

XXV.

De idoneis autem, & probatoribus viris, quos
clericatui alligari ipsa vita gratia suggerit, si forte
inciderunt duplicata matrimonia, non ultra sub-
diaconatum ecclesiasticas capiant dignitates.

XXVI.

Diaconæ omnimodis non ordinandæ: si quæ
iam sunt, benedictioni quæ populo impenditur
capita submittant.

XXVII.

27. q. 1. Vi-
duitatis fer-
uande. Viduitatis seruandæ professionem, coram epi-
scopo in secretario habitam, imposta ab episcopo
veste viduali indicandam. Raptorem vero talium,
vel ipsam talis professionis desertricem, merito es-
se damnandam.

XXVIII.

In vtroque sexu desertores professæ castitatis
præuaricatores habendi, & his omnibus per pœ-
nitentiam legitimam consulendum.

XXIX.

Hæc quæ subscriptissimus, cum eorum quoque



ANNO CHRISTI 441. concordia, qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus: non ita prætereuntes eos, qui Synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sui per legatos destinados aesse detrectant, vt sibi supra nos illi placeant, qui patrum statuta despiciunt, quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctum est conueniri. Adiuentes, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate ac remedii ecclesiasticis congregare Conuentus voluerimus, constituamus, vt nullus Conuentus sine alterius Conuentus denuntiatione soluatur. Itaque sequenti anno, si Domino ac Deo nostro Iesu Christo permittente conceditur, die decimoquinto Kalendas Nouembres Luciano in Arausico territorio Conuentum habebimus. Qui ideo tanto prius per Conuentum ipsum denuntiatur, vt tam excusationis libertas, quam in uitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per nos ipsos commonebimus, singuli nobiscum in exemplaribus ea quæ per nos sunt constituta referentes: reliquos qui defuerunt, beatissimi fratris nostri Hilarii soliditudini relinquimus, datis ad ipsos horum exemplaribus commonendos.

XXX.

Post omnia occurrit de imbecillitatibus fragilitatis humanæ, vt si quis episcopus per infirmitatem debilitatemve aliquam, aut hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed epi-

Iuo part. 5.
cap. 306.